

Et in his et in aliis utriusque quibusque humana fragilitas contra
 dominum et creatorem suum. aut cogitando. aut loquendo. aut opan-
 do. aut delectando. aut concupiscendo. peccare potest. In
 omnibus me peccasse. et reum in conspectu domini super omnes homines
 esse cognosco. et confiteor. Humiliter etiam sacerdos dei exposco.
 ut intercedas pro me. et pro peccatis meis ad dominum et creatorem nostrum
 quatenus de his. et de omnibus sceleribus meis veniam. et indulgentiam
 consequi merear. *Deinde sacerdos cum penitente
 persistat se in terra. et decenter hos sequentes psalmos.
 In primis dicat psalmum xxxvii. Domine ne in furore tuo
 arguas me: Et postea dicat. Oremus. Et cante psalmum.
 cii. Benedic anima domino. Et iterum dicat. Oremus. Et cante
 psalmum l. Misere mei deus. Post hec cante psalmos liii.
 deus in nomine tuo et dicat Oremus. Et cante psalmum li. Quid
 gloriaris in malitia. Tunc dicat has sequentes orationes.*
Oremus. Deus cuius indulgentia nemo non indiget memeto
 famuli tui. N. qui lubrica terreni corporis fragilitate nudatus
 est. quos da veniam confitenti. parce supplicis. ut qui suis me-
 ritis accusatur. tua miseratione saluetur. **P.** Domine sancte. pater
 omnipotens. eterne deus. qui pro ihesu christo filio tuo. dominum nostrum uul-
 nera nostra curare dignatus es. te supplices rogamus. et petimus.
 ut precibus nostris aurem tue pietatis inclinare digneris. qui
 etiam remittis omnia crimina et peccata uniuersa condonas.
 desque huic famulo tuo pro supplicibus veniam pro merore leticia.
 pro morte uitam ut de tua misericordia eterne confidens prouenire
 mereatur. ad uitam eternam. **P.** Omnipotens et misericors deus